Neq; ei͡ʒ aliter eſſet ius . idſi ab uno iuſto: & bono uiro conſequebant͞ erāt eo contenti cum id minus contingeret: Leges ſunt inuente: que cū oīb; una atq; eadē uoce loquerent͞.

Quod ſiqui ſimulatione: & inani oſtentatione et ficto nō modo ſermone ſed etiā uultu ſtabilem ſe gloriā conſequi poſſe rentur: uehementer errant.

Vera gloria radices agit: atq; etiā propagatū. ficta omnia celeriter tanq̄ floſculi decidunt.

Nec ſimulatū poteſt q̄cq̄ eſſe diuturnū: Teſtes ſunt permulti in utraq; partem

Tiberius. n. Graccus publii filius: tā diu laudabitur: dū memoria rerū romanarū remanebit: At eiuſ filii nec uiui ꝓbabant͞ boni: & mortui numerū optinent iure ceſorum.

Qui igitur adipiſci uerā iuſticie gloriā uolēt iuſticie fungantur officiis.

Sed tn̄ difficile dictu eſt quantopē conciliet animos comitas affabilitaſq; ſermonis.

Extant epiſtole & philippi ad alexandrū: et antipatris ad ceſandrū: et antigoni ad philippū filiū: triū prudentiſſimorū.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 90v – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/90v)